

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

LIBER

perferre disce. obiit senex annorū. lxx. eiusq; laudes tumulo inscriptū epigramma continet. Scripsit & ipse breuē epistolā Soloni sic. Cleobulus Soloni. Amici quōdem tibi sunt permulti: singulisq; domus est. ueq; ego Soloni cōmodissimā fore ad inhabitandū lindū censeo ciuitatē scilicet liberā. Estq; insula maritima ubi si morari uolueris nihil a pisiistrato mali formidabis: atq; ad te amici undiq; cōfluent. Vale.

P eriander.

P Eriandro corinthio cypselus pater fuit: ex heraclidarum gente: uxore autē lysidē duxit: quā ipse Melissam appellabat: P roclei epidaurensium Tyranni: & Euristhenæ Aristocratis filia: sororisq; Aristodemi filia: qui ut ait Heraclides pōticus i libro de principatu totius ferme Arcadiæ dominabantur: duosq; ex ea filios genuit Cypselū scilicet & lycophonē: alterū ex his iuniorē prudentē: maiorē natu stolidū. post aliquantū tēpore accensus ira missus sub gradibus pręgnantē coniugē calcibus percussit ac necauit: pellicū obtēperādo calumniis: quas tñ postmodum igne cremauit: puerumq; lycophrona matris ploratu iusta soluentē abdicauit: atq; in corcyrā agi pręcepit. iā uero uicinus senio illū ut ei Tyrānidē per manus daret: ad se accersiri iussit. Eius explorato cōsilio cercyrenses iuuenē interimerunt: hoc ille comperto furiis succensus eorū liberos ad alyattē abscidendos misit. Cum autē nauis appropinquasset Samo: iunoni uota faciētes a Samiis seruati sunt: quod ille ubi didicit mœrore cōfectus excessit e uita annos natus ferme. lxxx. Socrates eū ante Crœsum obisse diē asserit. lx. & uno annis ante quadragesimā & nonam olympiadē. Hunc herodotus in primo historiarum Trasibuli milesiorū tyranni hospitē fuisse ait. Aristippus autē in primo de antiquis delitiis libro hæc de illo refert: matrē eius crateā illius amore feruentem & clā congregi solitam: illo nō inuito tantoq; flagitio acquiescente: quod ubi agnitū est: dolens se fuisse depræhensum: grauius iā ciuibus instabat. porro Euphorus i historia uouisse illū tradit: si olympia quadriga uicisset: aueā statuam deo sacratūrū: uictoria uero potitū & auri inopē quadā celebritate populari mulieribus pcedētibus ornatis: mundū ademisse muliebrē atq; ita donariū misisse asserunt: illū cū sepulchrum suū ignorari uellet: tale quippiā molitū: duobus iuuenibus uia quandā ostendisse: ac iussisse noctu per illam incederent: eūq; qui prior occurrisset interimerēt ac sepelirēt: postq; illos quattuor alios misisse: quos eos necarent ac sepultura traderent. Rursus contra eos misisse plures: itidēq; ut facerent imperasse. sicq; ipsum primis obuium occisum esse: enim uero Corinthii Cenotaphium illius uersibus illustrarunt.

Et sophia & nummis periandrum terra corinthus

præstantem attæo continet alma sinu.

Nostrum quoq; in illum epigramma est.

Ne tibi iam doleat si non optata sequaris.

Omnibus at gaude quæ tribuere dei.

Mœstitia stygias periander cessit ad umbras